

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[04-06\] : De Saturno](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [04-06] : De Saturno

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[04-06\] : De Saturno](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 02 : De Saturno](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[04-06\] : Saturne](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[04-06\] : Saturne](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 1031-1032

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Saturne](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

corruptio secundum partes, cum tota moles sit sempiterna, corporaque caelestia minimè corrumpantur, frequentiorque fiat circa terram mutatio. Tum è moribus caelorum confici harmoniam innuebant. Elementa rursus neque mares sunt, neque foeminae, cum tamen utrorumque fungantur officio. Omnis autem vis temporis expellitur è regno Iouis, quia post creatà à Deo corpora naturalia in elementa sevitum est tantum à Saturno siue tempore, quòd eius vires extra primum caelesteque corpus reiecitæ sint. atq; sub fabulosis de Ioue narrationibus ista rerum physicarum dogmata continentur.

Quæ Ethicè.

In eadem fabula demonstratur omnem diuitiarum amplitudinem, omnemque opulentiam esse inuidiosam & insidias plenam: cum per fraudes etiam & insidias soleat comparari. omne enim diuitiarum immodicarum desiderium æquitatis & religionis cultum, & humanitatis iura facile prostermit: cum tranquillitas animi, & honor, & multorum reuerentia probitatis sint comites. Deinde demonstratur quòd principis sapientiam & integritatem omnium rerum bonarum vbertas, ac felicitas demum consequitur. Avaritia postea in omnia penetrare dicitur, eaque esse scelerum omnium fundamentum, neque quidquam magis formidandum illa esse viro bono, cum vix vllus locus avaritiæ sit clausus. Post hæc demonstratur quòd is qui deditus fuerit libidini, facile in omnes vtrorum formas mutatur, & ad turpissima quæque prolabitur. Patet igitur quòd neq; nimio diuitiarum desiderio teneri conuenit viro bono, & quòd præsentibus vti sapienter oportet, & quòd sapientia felicitatis est fundamentum, & quòd omnis turpitude fugienda est viro bono: quæ omnia per Iouis figmenta significabant.

De Saturno historicè.

Colrus fuit Saturnus vt Deus de multis benemeritus, quòd cum in Italiam venisset ad lanum, & illum & populos Italix primus politionis vitæ rationem docuerit, & nummos imprimere inuenerit, & agrorum cultum, & Italos primus plantationes, insitiones, educationes arborum, fructiferarumque plantarum culturam docuerit. Qui cum esset sapientissimus, ob eius æquitatem & sapientiam dicitur ætas aurea sub illo fuisse, & vbertima terræ feracitas, & summa omnium con-

cordia. Non enim legendis, quæ iusta essent, exercebantur homines sub eius imperio, sed potius agendis: cum lex & æquitas foret necessario in animis omnium impressa. Tunc igitur viri boni sine calamitatibus, siue curis, sine ægritudine propter temperantiam vivebant, per iucundissimam senectutem, quam maximè omnium infestat præteritorum peccatorum memoria.

At Physicè.

Saturni parentes declarant illum esse tempus, quod natum est ex aëthorum cœlique agitatione. Hic partes genitales patri abscedit, quia vnus est æther, vnus mundus, vnum tempus, quod cursum cœli metiatur. Pactiones cum Titane siue Sole ita factæ sunt, vt quæ tempore nascerentur, postea omnia interirent: sic enim & elementorum, & procreatorum ex illis corporum generatio & corruptio indicatur, cum nihil nasci possit nisi ex corruptioni obnoxio principiis: atque hæc sine tempore confici non possunt. Cum verò res absumentur per tempus, & rursus aliæ in absumentarum locum sufficiantur, Saturnum filios edisse sinxerunt, & rursus vomuisse, qui deiectus de regno idcirco fuit, quòd ætheris natura credita sit immunit ab omni corruptione, cum non sentiat vim temporis, quod inferius extra suum regnum detrusit. Sic igitur corrupti, vt dicebam, significabant elementa, aut ex iis composita, quanta vocata *εὐρη* sit suapte natura sempiterna. Locus elementorum vocatus fuit tartarus, quasi *ἀνά τῷ ταρταρῷ*, à perturbationibus scilicet, quibus est plenus. Iupiter fratres à paterna voracitate liberauit, quia elementorum materia secundum totum sit sempiterna. Atque hæc dogmata sub hac fabula ad philosophiam spectantia occultabantur.

Nunc Ethicè dicamus.

Fuit Saturnus à filio de regno deiectus, quia nullæ sunt opes eximie sine maximis periculis & animi perturbationibus: atque omnis iniquitatis denique vindex est Deus. Non offendendos esse parentes postea significabant, cum Iupiter paternam crudelitatem sit imitatus: quia paternæ vel iniquitatis vel probitatis exempla domestica filij plerumq; sequuntur. Sic enim vitandam opum eximiam præstantiam, vt neq; uitam, neque naturæ necessariam, & ab omni iniuria abstinentium, significabant.

Physicè